A SHORT

EXPOSITION

OF THE

CATECHISM

OF THE

Church of *England*,

IN

ENGLISH & LATINE.

By *Edward Bouchen* D. D.

138. g. 340

LONDON

Printed for *T. Garthwait* at the Kings-head in *St. Pauls* Church-yard. 1663.

The order of Confirmation, or laying on of hands upon children baptized, and able to render an account of their Faith according to the Catechiſm following.

TO the end that Confirmation may be miniſtred to the more edifying of ſuch as ſhall receive it, (according to St. Pauls *doctrine, who teacheth that all things ſhould be done in the Church to the edification of the ſame) it is thought good that none hereafter ſhall be confirmed but ſuch as can ſay in their mother tongue the Articles of the Faith, the Lords prayer, and the ten Commandments, and can alſo anſwer to ſuch queſtions of this ſhort Catechiſm, as the Biſhop (or ſuch as he ſhall appoint) ſhall by his diſcretion appoſe them in. And this order is moſt convenient to be obſerved for divers conſiderations.*

Firſt, becauſe that when children come to the years of diſcretion, and have learned what their Godfathers and Godmothers promiſed for them in Baptiſm, they may then themſelves with their own mouth, and with their own conſent, openly before the Church, ratify and confirm the ſame, and alſo promiſe that by the grace of God, they will evermore endeavour themſelves faithfully to obſerve and keep ſuch things, as they by their own mouth and confeſſion have aſſented unto.

Secondly, foraſmuch as confirmation is miniſtred to them that be baptized, that by impoſition of hands and prayer, they may receive ſtrength and defence againſt all temptations to ſin, and the aſſaults of the world and the devil, it is moſt meet to be miniſtred when children come to that age, that partly by the frailty of their own fleſh, partly by the aſſaults of the world and the devil, they begin to be in danger to fall into ſundry kinds of ſin.

Ratio

Ratio Confirmationis, aut Impositionis manuum pueris baptizatis, & idoneis ad respondendum quæstionibus de fide, ut sequens liber explicat.

QUò Confirmatio administretur ad majorem utilitatem eorum omnium, qui illam admissuri sunt, (secundum Sancti *Pauli* doctrinam, qui docet omnia fieri debere in Ecclesiâ ad Ecclesiæ ædificationem) Consentaneum videtur nullos posthâc fore confirmatos, nisi qui repetere possint Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, & Decalogum, & respondere possunt talibus quæstionibus hujus breviusculi Catechismi, quales Episcopus, aut illius Delegatus pro eorum arbitrio ab illis percontabitur. Et hic ordo observatione dignissimus varias ob causas.

Primo, ut pueri cum venerint ad ætatem maturiorem, & didicerint quæ & quanta Susceptores ipsorum nomine promiserint, ipsi proprio ore, ac proprio consensu coram Ecclesiâ palam eadem affirment & confirment, & etiam Dei gratiâ annuente spondeant se pro futuro fideliter observaturos eadem ipsa, quibus ore suo confitendo assenserint.

Secundo, quoniam Confirmatio Baptizatis tantum administratur, ut per manuum impositionem & orationem vires ac defensionem accipiant contra omnes insultus peccati, mundi, ac diaboli; commodissimè administratur, cum pueri eam ætatem attigerint, quâ tum per suam carnis infirmitatem, cæp[illegible] per varios hujus mundi ac Diaboli insultus obnoxii addúntur ad labendos in errores multiplici labe dis[illegible]ctos.

Thirdly, for that it is agreeable with the uſage of the Church in time paſt: whereby it was ordained that Confirmation ſhould be miniſtred to them that were of perfect age, that they being inſtructed in Chriſts Religion, ſhould openly profeſs their own faith, and promiſe to be obedient unto the will of God.

And that no man ſhall think that any detriment ſhall come to Children by deferring of their Confirmation, he ſhall know for truth, that it is certain by Gods word, that children being baptized, have all things neceſſary for their ſalvation, and be undoubtedly ſaved.

A Catechiſm, that is to ſay, an inſtruction to be learned of every child, before he be brought to be confirmed by the Biſhop.

Queſtion.

WHat is your name?

Anſwer.

N. or M.

Q. Who gave you this name?

A. My Godfathers and Godmothers in my Baptiſm, wherein I was made a member of Chriſt, the childe of God, and an inheritor of the kingdom of heaven.

Q. What did your Godfathers and Godmothers then for you?

A. They did promiſe and vow three things in my name: Firſt that I ſhould forſake the devil and all his works, the pomps and vanities of this wicked world, and all the ſinful luſts of the fleſh. Secondly that I ſhould believe all the Articles of the Chriſtian faith. And thirdly, that I ſhould keep Gods holy will and Commandments, and walk in the ſame all the dayes of my life.

Tertio,

Tertio, quòd non alienum sit a consuetudine Ecclesiæ Primitivæ, quâ sancitum est, Confirmationem non adhiberi debere nisi his qui ad maturiorem ætatem perveniſſent, ut ipsi jam in religione Christianâ instituti, suam ipsorum fidem publicè profiterentur, & promitterent se Divinæ voluntati & mandatis ejus obtemperaturos.

Ne quis verò putet, quod pueri per Confirmationis dilationem damnum patiantur, apud animum constituat, ex Dei verbo clarum & perspicuum esse, infantes baptizatos omnia adeptos esse ad salutem necessaria, certoque certiùs salutem consequi.

Catechismus, id est, Liber institutionis ab omni puero memoriter ediscendus antequam ad Episcopum ad Confirmandum adducatur.

Quæstio. QUod tibi nomen est?

Responsum. N. vel M.

Q. Qui tibi nomen hoc donarunt?

R. Susceptores mei in Baptismo, in quo membrum Christi, filius Dei, & hæres regni cœlorum factus sum.

Q. Quid tuo nomine tum Susceptores spospondерunt?

R. Tria spospondерunt ac vovêrunt, primum me renuntiaturum Diabolo & omnibus ejus operibus, pompis & voluptatibus hujus sæculi, & pravis carnis concupiscentiis. Secundum, crediturum me omnibus fidei articulis. Tertium, sanctam Dei voluntatem & omnia ejus præcepta observaturum, in eisq; per omnem vitam perambulaturum.

Q. Doeſt thou not think, that thou art bound to believe and to do, as they have promiſed for thee.

A. Yes verily: and by Gods help ſo I will. And I heartily thank our heavenly Father, that he hath called me to this ſtate of ſalvation, through Jeſus Chriſt our Saviour. And I pray God to give me his grace, that I may continue in the ſame unto my lives end.

Q. Rehearſe the Articles of thy belief.

A. I Believe in God the Father Almighty, maker of heaven and earth. And in Jeſus Chriſt his onely Son our Lord, which was conceived by the holy Ghoſt, born of the Virgin Mary, ſuffered under Pontius Pilate, was crucified, dead and buried, he deſcended into hell, the third day he roſe again from the dead, he aſcended into heaven, and ſitteth at the right hand of God the Father Almighty: from thence he ſhall come to judge the quick and the dead. I believe in the holy Ghoſt, the holy Catholick Church, the Communion of Saints, the forgiveneſs of ſins, the reſurrection of the body, and the life everlaſting. Amen.

Q. What doeſt thou chiefly learn in theſe Articles of thy belief?

A. Firſt, I learn to believe in God the Father, who hath made me, and all the world.

Secondly, in God the Son, who hath redeemed me, and all mankind.

Thirdly, in God the holy Ghoſt, who ſanctifieth me, and all the elect people of God.

Q. You ſaid that your Godfathers and Godmothers did promiſe for you, that you ſhould keep Gods Commandments. Tell me how many there be?

A. Ten.

Q. Which be they?

A. THe ſame which God ſpake in the twentieth Chapter of Exodus, ſaying, I am the Lord thy God which have brought thee out of the land of Egypt, out of the houſe of bondage.

Q. An

Q. An non te firmiter teneri arbitraris, ad ea omnia credenda & facienda, quæ tuo nomine illi ſuſceperunt?

R. Arbitror: Deoq; adjuvante faciam. Patri etiam cœleſti gratias ago immortales, quod me dignatus ſit per Dominum Jeſum Chriſtum ad hanc ſalutis viam vocare, illumq; obteſtor, ut mihi gratiam largiatur in eadem perſiſtere uſq; ad vitæ terminum.

Q. Repete fidei articulos.

R. CRedo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus e Mariâ Virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus, deſcendit ad inferna, tertiâ die reſurrexit a mortuis, aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: unde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam. *Amen.*

Q. Per hos fidei articulos quid præcipuè edoctus es?

A. Primum edoctus ſum credere in Deum Patrem, qui me & univerſum hunc mundum condidit.

Secundum, in Deum Filium, qui me, totúmque genus humanum redemit.

Tertio, in Spiritum Sanctum Deum, qui me, populumque Dei electum ſanctificat.

Q. Modo dixiſti te per Suſceptores tuos promiſiſſe, quod omnia Dei mandata obſervares. Dic igitur quot ſunt illa?

R. Decem.

Q. Quæ ſunt illa?

A. QUæ Deus ipſe prodidit capite 20. Exodi, dicens, Ego ſum Deus tuus, qui te eduxi ex Ægypto, e domo ſervitutis.

1. *Thou ſhalt have none other Gods but me.*

2. *Thou ſhalt not make to thy ſelf any graven image, nor the likeneſs of any thing that is in heaven above, or in the earth beneath, or in the water under the earth. Thou ſhalt not bow down to them, nor worſhip them. For I the Lord thy God am a jealous God, and viſit the ſins of the fathers upon the children, unto the third and fourth generation of them that hate me, and ſhew mercie unto thouſands in them that love me, and keep my Commandments.*

3. *Thou ſhalt not take the Name of the Lord thy God in vain: for the Lord will not hold him guiltleſs that taketh his Name in vain.*

4. *Remember that thou keep holy the Sabbath day. Six dayes ſhalt thou labour and do all that thou haſt to do, but the ſeventh day is the Sabbath of the Lord thy God: In it thou ſhalt do no manner of work, thou and thy ſon, and thy daughter, thy man-ſervant and thy maid-ſervant, thy cattle and the ſtranger that is within thy gates. For in ſix dayes the Lord made heaven and earth, the Sea, and all that in them is, and reſted the ſeventh day: Wherefore the Lord bleſſed the ſeventh day, and hallowed it.*

5. *Honour thy Father and thy Mother, that thy dayes may be long in the land which the Lord thy God giveth thee.*

6. *Thou ſhalt do no murther.*

7. *Thou ſhalt not commit adultery.*

8. *Thou ſhalt not ſteal.*

9 *Thou ſhalt not bear falſe witneſs againſt thy neighbour.*

10. *Thou ſhalt not covet thy neighbours houſe, thou ſhalt not covet thy neighbours wife, nor his ſervant, nor his maid, nor his ox, nor his aſs, nor any thing that is his.*

Q. What doſt thou chiefly learn by theſe Commandments?

1. Non habebis Deos alienos coram me.

2. Non facies tibi ſculptile, aut ſimulachrum ullius rei quæ aut ſupra in cælo ſit, aut infra in terrâ, aut in aquis infra terram. Non veneraberis ea neq; coles. Nam ego ſum Dominus Deus tuus zelotypus, vindicans parentum iniquitatem in liberos, ad tertiam uſq; quartámque progeniem oſorum mei, exercens autem miſericordiam ad milleſimam uſque progeniem erga mei amantes, meáq; præcepta obſervantes.

3. Nomen Dei tui fruſtra non adhibebis, neque enim impunè feret qui nomen ejus fruſtra uſurpabit.

4. Diem Sabbathi ſanctè tranſigere memento, ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo verò die, quod eſt Domini Dei tui Sabbathum, nullum opus facies, tu, neque filius tuus, nec filia tua, nec ſervus tuus, nec ancilla tua, neq; jumentum tuum, nec hoſpes tuus, qui intra domum tuam verſatur. Nam ſex diebus perfecit Deus Cœlum, & terram, & mare, & quicquid in illis continetur, ſeptimo quievit. Idcirco benedixit diei ſeptimo & ſacrum voluit.

5. Honora patrem & matrem, ut ſis longævus ſuper terram, quam daturus eſt tibi Dominus Deus tuus.

6. Non occides.

7. Non mæchaberis.

8. Non furaberis.

9. Non dices falſum teſtimonium contra proximum tuum.

10. Non concupiſces domum proximi tui, non uxorem, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec quidpiam omnino quod alterius ſit.

Q. Quid præcipue ex his mandatis tibi diſcendum arbitraris?

A. Ilearn

A. I learn two things: My duty towards God, and my duty towards my neighbour.

Q. What is thy duty towards God?

A. My duty towards God is, to believe in him, to fear him, and to love him with all my heart, with all my mind, with all my ſoul, and with all my ſtrength: To worſhip him, to give him thanks, to put my whole truſt in him, to call upon him, to honour his holy Name, and his word, and to ſerve him truely all the dayes of my life.

Q. What is thy duty towards thy neighbour?

A. My duty towards my neighbour is, to love him as my ſelf, and to do to all men, as I would they ſhould do unto me. To love, honour, and ſuccour my father and mother. To honour and obey the King and his Miniſters. To ſubmit my ſelf to all my governours, teachers, ſpiritual Paſtors and Maſters. To order my ſelf lowly and reverently to all my betters. To hurt no body by word or deed. To be true and juſt in all my dealing. To bear no malice or hatred in my heart. To keep my hands from picking and ſtealing, and my tongue from evil ſpeaking, lying and ſlandring. To keep my body in temperance, ſoberneſs, and chaſtity. Not to covet nor deſire other mens goods, but to learn and labour truely to get mine own living, and to do my duty in that ſtate of life, unto the which it ſhall pleaſe God to call me.

Q. My good child, know this, that thou art not able to do theſe things of thy ſelf, nor to walk in the Commandments of God, and to ſerve him without his ſpecial grace, which thou muſt learn at all times to call for by diligent prayer. Let me hear therefore if thou canſt ſay the Lords prayer.

R. Our

R. Duo equidem ex illis diſco. Officium meum in Deum primùm, deinde etiam & in Proximum.

Q. Quod eſt officium tuum in Deum?

R. Ut in illum credam, illum timeam, diligam ex toto corde, ex totâ mente, ex totis viribus; ut illum colam, illi gratias agam, in illum ſolum fiduciam collocem, illum invocem, illius nomen & ſacroſanctum verbum adorem, illíque ſemper ſerviam omnibus diebus vitæ meæ.

Q. Quod eſt officium tuum in Proximum?

R. Ut illum æquè ac meipſum diligam: ita me ergo a'ios geram quemadmodum & illos erga me gerere cupio. Parentes amore, veneratione, & ſubſidio complectar. Majeſtatem regiam, ejuſque miniſtros honore & obedientia proſequar: erga omnes gubernatores, inſtitutores, paſtores Spirituales & magiſtros morigerum me, ac obedientem præſtem; Submiſsè me & reverentèr geram erga majores. Neminem verbo aut facto lædam. In omnibus me juſtum, fidelem & integrum oſtendam. Odium aut ſimultatem in pectore non alam. Manus cuſtodiam, ne quid clepant aut rapiant, linguam ne mentiatur, calumnietur, aut obtrectet. Corpore me temperantem, ſobrium, caſtum præbeam. Aliena deniq; ne concupiſcam bona, nec deſiderem; ſed proprio labore & induſtria ſtudeam ad victum neceſſaria comparare, eiq; vitæ rationi ſatisfacere, ad quam me divina providentia vocârit.

Q. Hoc velim ſcias, fili chariſſime, tuis te viribus iſta præſtare non poſſe, neq; in Dei mandatis verſari, & illi, prout decet, ſervire, niſi ſingulari ejus gratiâ adjutum: quam, etiam te diſcere oportet, ardentiſſimis precibus ſemper ab illo contendere. Audiam igitur an memoriter teneas Orationem Dominicam?

Our

A. OUr Father which art in heaven, Hallowed be thy Name. Thy kingdome come. Thy will be done in earth as it is in heaven Give us this day our daily bread. And forgive us our treſpaſſes, as we forgive them that treſpaſs againſt us. And lead us not into temptation: But deliver us from evil. Amen.

Q. What deſireſt thou of God in this prayer?

A. I deſire my Lord God our heavenly Father, who is the giver of all goodneſs, to ſend his grace unto me, and to all people, that we may worſhip him, ſerve him, and obey him as we ought to do. And I pray unto God that he will ſend us all things that be needful, both for our ſouls and bodies, and that he will be merciful unto us, and forgive us our ſins, and that it will pleaſe him to ſave and defend us in all dangers ghoſtly and bodily, and that he will keep us from all ſin and wickedneſs, and from our Ghoſtly enemy, and from everlaſting death. And this I truſt he will do of his mercy and goodneſs, through our Lord Jeſus Chriſt. And therefore I ſay, Amen, So be it.

Q. HOw many Sacraments hath Chriſt ordained in his Church?

A. Two onely, as generally neceſſary to ſalvation, that is to ſay, Baptiſm, and the Supper of the Lord.

Q. What meaneſt thou by this word Sacrament?

A. I mean an outward and viſible ſign, of an inward and ſpiritual grace, given unto us, ordained by Chriſt himſelf, as a means whereby we recieve the ſame, and a pledge to aſſure us thereof.

Q. How many parts be there in a Sacrament?

A. Two: the outward viſible ſign, and the inward ſpiritual grace.

Q. What is the outward viſible ſign, or form in Baptiſm?

R. Pater

R. PAter noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terrâ. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas intentationem, ſed libera nos à malo. *Amen.*

Q. In hâc Oratione quid a Deo petis?

R. Peto a Domino Deo Patre cœleſti, bonorum omnium largitore, ita me alióſq; omnes ſuâ gratiâ velit augere, ut illum colamus, illi ſerviamus, & prout decet in omnibus obtemperemus. Peto etiam ut omnia nobis largiatur tum ad corporis incolumitatem, tum ad animæ ſalutem neceſſaria, ut ſuâ nos miſericordiâ complectatur, nobiſque noſtra peccata condonet; dignetur nos ab omnibus periculis, & animæ & corporis tueri, ab omnique peccati & ſceleris contagione, ab hoſte ſpirituali Satanâ, morte & damnatione æternâ liberare. Quæ quidem omnia ſpero pro ſuâ miſericordiâ & benignitate faciet per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Ideoque dico in extremâ clauſulâ, *Amen.*

Q. QUot Sacramenta a Chriſto ordinata ſunt in Eccleſiâ?

R. Duo tantum, quæ ſaluti neceſſaria ſunt, *viz.* Baptiſmus & Euchariſtia.

Q. Quid vis per verbum hoc *Sacramentum*?

R. Signum, velim externum & viſibile gratiæ internæ & inviſibilis, nobis datum & a Chriſto inſtitutum tanquam medium quo ipſam accipimus, & pignus certitudinis quod illam accepturi ſumus.

Q. Quot ſunt partes Sacramenti?

R. Duæ: Signum viſibile & externum, & gratia Spiritualis interna.

Q. Quid eſt ſignum viſibile externum, aut forma Baptiſmi?

A. *Water*

A. *Water: wherein the person baptized is dipped or sprinkled with it,* In the Name of the Father, and of the Son, and of the holy Ghost.

Q. *What is the inward and Spiritual Grace?*

A. *A death unto sin and a new birth unto righteousness: For being by nature born in sin, and the children of wrath, we are hereby made the children of Grace.*

Q. *What is required of persons to be baptized?*

A. *Repentance, whereby they forsake sin: and Faith, whereby thy stedfastly believe the promises of God, made to them in that Sacrament.*

Q. *Why then are Infants baptized, when by reason of their tender age they cannot perform them?*

A. *Yes: they do perform them by their sureties, who promise and vow them both in their names: which when they come to age, themselves are bound to perform.*

Q. *Why was the Sacrament of the Lords Supper ordained?*

A. *For the continual remembrance of the sacrifice of the death of Christ, and the benefits which we receive thereby.*

Q. *What is the outward part, or sign of the Lords Supper?*

A. *Bread and Wine which the Lord hath commanded to be received.*

Q. *What is the inward part or thing signified?*

A. *The body and blood of Christ, which are verily and indeed taken and received of the faithful in the Lords Supper.*

Q. *What are the benefits whereof we are partakers thereby?*

A. *The strengthning and refreshing of our souls, by the Body and blood of Christ, as our bodies are by the Bread and Wine.*

R. Aqua, in quâ baptizandus immergitur, aut quâcum inſpergitur in Nomine Patris, Filii & Spiritus ſancti.

Q. Quæ gratia eſt Spiritualis & internæ?

R. Ut peccato mortui juſtitiæ vivamus. Quoniam naturâ peccatores ſumus & filii iræ, per baptiſmum autem facti ſumus filii amoris.

Q. Quid requiritur ab infantibus baptizandis?

R. Pœnitentia, per quam peccato renuntiant: & fides, per quam firmiter credunt promiſſis Dei in hoc Sacramento factis.

Q. Cur igitur baptizantur infantes, qui propter ætatem tam tenellam has leges præſtare nequeant?

R. Imò præſtant per ſuſceptores, qui eorum nomine ſpondent utrumq; & vovent: quod cum adulti ſunt, ipſimet obſtringuntur ad perſolvendum.

Q. Quare Sacramentum Euchariſtiæ inſtitutum eſt?

R. In perpetuam ſacrificii paſſionis Chriſti memoriam, & beneficiorum inde nobis pullulantium.

Q. Quid eſt ſignum externum ac viſibile in Euchariſtiâ?

R. Panis & Vinum, quæ duo Dominus mandavit, ut in cænâ Dominicâ acciperemus.

Q. Quid eſt ſignum internum, aut res ſignificata?

R. Corpus Chriſti & ſanguis, quæ verè & realiter in cænâ Dominicâ manducantur & participantur ab omnibus in Chriſto fidelibus.

Q. Quid boni oritur participantibus de hâc cœnâ?

R. Animarum noſtrarum corroboratio & refectio per corpus & ſanguinem Chriſti, prout corporibus noſtris accidit a pane & vino.

Q. What is required of them which come to the Lords Supper?

A. *To examine themſelves, whether they repent them truely of their former ſins, ſtedfaſtly purpoſing to lead a new life, have a lively faith in Gods mercy through Chriſt, with a thankful remembrance of his death, and be in charity with all men.*

¶ So ſoon as the children can ſay in their mother tongue the Articles of the faith, the Lords Prayer, the ten Commandments, and alſo can anſwer to ſuch queſtions of this ſhort Catechiſm as the Biſhop (or ſuch as he ſhall appoint) ſhall by his diſcretion appoſe them in; then ſhall they be brought to the Biſhop by one that ſhall be their Godfather or Godmother, that every child may have a witneſs of his Confirmation. And the Biſhop ſhall confirm them on this wiſe.

Confirmation, or laying on of hands.

Miniſter.

OUr help is in the Name of the Lord.

Anſwer.

Which hath made heaven and earth.

Miniſter.

Bleſſed be the Name of the Lord.

Anſwer.

Henceforth world without end.

Miniſter.

Lord hear our prayers.

Anſwer.

And let our cry come unto thee.

Q. Quid

Q. Quid ab illis requiritur, qui accedunt ad mensam Domini?

R. Ut explorent seipsos, num verè pænituerint peccatorum præteritorum, firmiter in animo habentes vitæ reliquum ad melius instituere, spem certam in Dei per Christum misericordiâ ponere, cum gratâ passionis ejus commemoratione, & charitatem erga proximos exercere.

¶ Quam primùm pueri linguâ suâ vernaculâ memomoriter teneant Articulos fidei, Orationem Dominicam, & præcepta Decalogi, poteruntque respondere quæstionibus istius Catechismi breviusculi, quales Episcopus, aut illius Delegatus, pro illius arbitriò de illis quæret: ad Episcopum adducentur cum Susceptorum uno, quò quilibet testem habeat suæ Confirmationis. Episcopus autem hoc modo pueros confirmabit.

Ratio Confirmationis.

Episcopus.

AUxilium nostrum in nomine Domini,

Responsum.

Qui fecit cœlum & terram.

Episcopus.

Sit nomen Domini benedictum.

Resp.

Hinc in secula seculorum.

Episcopus.

Domine exaudi orationes nostras;

Resp.

Et clamor noster ad te perveniat.

℣ Let us pray.

ALmighty and everliving God, who haſt vouchſafed to regenerate theſe thy ſervants by water and the holy Ghoſt, and haſt given unto them forgiveneſs of all their ſins: ſtrengthen them, we beſeech thee, O Lord, with the holy Ghoſt the Comforter, and dayly increaſe in them the manifold gifts of grace, the ſpirit of wiſdom and underſtanding, the ſpirit of counſel and ghoſtly ſtrength, the ſpirit of knowledge & true godlineſs, and fulfil them (O Lord) with the ſpirit of thy holy fear. Amen.

℣ Then the Biſhop ſhall lay his hand upon every child ſeverally, ſaying.

DEfend, O Lord, this child with thy heavenly grace, that he may continue thine for ever, and dayly increaſe in thy holy Spirit more and more, until he come unto thine everlaſting Kingdom, Amen.

℣ Then ſhall the Biſhop ſay,

Let us pray.

ALmighty and everliving God, which makeſt us to will, and to do thoſe things that be good and acceptable unto thy Majeſty, we make our humble ſupplications unto thee for theſe children, upon whom (after the example of the holy Apoſtles) we have laid our hands, to certifie them (by this ſign) of thy favour and gracious goodneſs toward them. Let thy fatherly hand (we beſeech thee) ever be over them: Let thy holy Spirit ever be with them, and ſo lead them in the knowledge and obedience of thy word, that in the end they may obtain everlaſting life, through our Lord Jeſus Chriſt, who with thee and the holy Ghoſt, liveth and reigneth one God, world without end. Amen.

Episcopus Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui hos servos tuos per aquam & Spiritum Sanctum regenerare dignatus es, omniaque iis peccata condonare; confirma eos, quæsumus Domine, Spiritu paracleto, indies in illis auge varia Spiritus dona, donum sapientiæ & intellectus, donum consilii & fortitudinis, donum scientiæ & veræ pietatis; Spiritu deniq; sancti timoris tui animos eorum semper reple, per Dominum nostrum Jesum Christum. *Amen.*

Tunc Episcopus manum in singulorum capita imponens, sic dicet,

DEfende, Domine, hunc puerum cœlesti gratiâ, tuus ut semper maneat, quotidieque magis tuo Sancto Spiritu augeatur, donec ad æternum regnum tuum perveniat, *Amen.*

Episcopus addet, Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui & voluntatem nobis & facultatem addis ad ea facienda, quæ bona sunt, & tui Majestati grata, supplices te rogamus pro his pueris, super quos ad exemplum Sanctorum Apostolorum tuorum manus imposuimus, ut certiores eos hoc signo redderemus tuæ in ipsos benignæ voluntatis: paterna tua manus, quæsumus, semper eos protegat, & defendat Spiritus Sanctus eos perpetuò, & sic in scientiam, & obedientiam verbi tui inducat, ut tandem vitam æternam consequantur, Per Dominum nostrum Jesum Christum, qui tecum & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus in omne ævum, *Amen.*

¶ Then the Biſhop ſhall bleſs the children, ſaying thus.

THE bleſſing of God Almighty, the Father, the Son, and the holy Ghoſt, be upon you, and remain with you for ever, Amen.

The Curate of every Pariſh, or ſome other at his appointment, ſhall diligently upon Sundayes and holy dayes, half an hour before Evenſong, openly in the Church, inſtruct and examine ſo many children of his Pariſh ſent unto him, as the time will ſerve, and as he ſhall think convenient, in ſome part of this Catechiſm.

And all Fathers, Mothers, Maſters and Dames, ſhall cauſe their children, ſervants, and apprentiſes (which have not learned their Catechiſm) to come to the Church at the time appointed, and obediently to hear, and be ordered by the Curate, until ſuch time that they have learned all that is here appointed for them to learn. And whenſoever the Biſhop ſhall give knowledge for children to be brought before him to any convenient place for their confirmation, then ſhall the Curate of every pariſh either bring or ſend in writing the names of all thoſe children of his Pariſh, which can ſay the Articles of the Faith, the Lords prayer, and the ten Commandments, and alſo how many of them can anſwer to the other queſtions contained in this Catechiſm.

And there ſhall none be admited to the holy Communion, until ſuch time as he can ſay the Catechiſm, and be confirmed.

Epi-

Episcopus tandem benedicet pueris, inquiens.

GRatia Omnipotentis, Patris, Filii & Spiritus Sancti sit super vos, maneatque semper vobiscum, *Amen.*

Cujusq; Parochiæ Minister, vel alius ab illo designatus quilibet, Dominicis & festis diebus paulò ante vespertinas preces publicè in templo pueros eò missos, pro temporis ratione diligenter instituet & examinabit in aliquâ parte istius Catechismi, prout ipsi commodum, aut opportunum videbitur.

Parentes simul & *Domini* curabunt ut filii ac servi nondum in Catechismo instituti, tempore constituto ad templum veniant obedienter audituri & etiam Ministris obtemperaturi, donec edocti sint omnia memoriter, quæ ex hoc libro discenda sunt.

Quoties Episcopus indicaverit pueros aliquo opportuno in loco ad Confirmationem coram se esse adducendos, tunc cujusque Parochiæ Administer, omnium puerorum in suâ Parochiâ nomina, qui Articulos fidei, Orationem *Dominicam*, & *Decalogi* præcepta recitare possunt, aut ipse afferet aut per syngraphamad Episcopum mittet: tum etiam significabit, quot eorum sint, qui cæteris quæstionibus in hoc Catechismo contentis promptè respondere possunt.

Nemo autem ad sacrosanctam Communionem prius admittatur, quam & Catechismum didicerit & confirmatus fuerit.

THE PRINCIPLES Of Religion.

Queſt. *WHat is you Name?*
Anſ. N. or M.

Q. Is this your Chriſtian name, or Surname?
A My Chriſtian name.

Q. Why do yo anſwer by that name and not by your other?

A. Becauſe it is my better name: it puts me in mind of my better being, of my ſecond Birth, when this name was given me.

Q. When was it given thee?
A. At my *Baptiſm.*
Q. Why then?

A. Becauſe at that time I became a new creature, being *born anew of water and of the Holy Ghoſt*, that ſo I might be *a member of Chriſt, a child of God, and an inheritor of the Kingdom of Heaven.* This then is my name, which I receive from Chriſt in the Church, and ſerves at all times to put me in mind of God my Father, and the Church my Mother.

Q. What conceive you to be the reaſon, why the Church hath provided, that this name ſhould be given us rather at this time then at any other?

A. Firſt, becauſe it is our new birth; and a new name well befitteth a new birth. 2. Becauſe *Baptiſm* was enjoyned inſtead of *Circumciſion*: and at *Circumciſion* names were impoſed upon the ſeed of *Abraham.*

Funda-

FUNDAMENTA Religionis.

Quæſt. QUod tibi nomen eſt?
Reſp. N. vel M.

Q. Hoc tibi prænomen, aut cognomen?

R. Prænomen.

Q. Quare vocatus ad hoc reſpondes & non ad illud?

R. Hoc nomen mihi excellentius; mé memorem facit ſtatus melioris, novæ generationis, cum hoc nomen mihi inditum eſt.

Q. Quando tibi nomen hoc inditum eſt?

R. In Baptiſmo.

Q. Cur ita?

R. Quia tunc temporis nova ſum factus creatura, * generatus ex aqua & Spiritu Sancto, * Joh. 3, 4. ut ita fierem Chriſti membrum, Dei filius, & hæres regni cælorum. Hoc itaq; nomen meum eſt, quod a Chriſto in templo accepi, & mihi ſemper ſuggerit Deum eſſe Patrem, Eccleſiam autem matrem.

In baptiſmo nova nomina accipimus, ut ſimus memores nos in baptiſmo fieri novas creaturas.

Hookerus in Polit. Eccleſ. l. 5.

Q. Quæ ratio a te reddi poteſt, quod Eccleſia ordinavit hoc nomen fore tibi impoſitum in Baptiſmo?

R. 1. Quia per Baptiſmum renati ſumus, & novum nomen novo nato aptiſſimum eſt.

2. quia baptiſmus loco circumciſionis ſubſtitutus eſt, & die circumciſionis nomina indita ſunt filiis Abrahami.

Q. *How Sect.* 62.

Q. *How doth that appear?*

A. By the *Baptist*, and our Saviour. * The *Baptist* at *Circumcision* was called *Iohn*, and † our Saviour, *Jesus*.

Q. *Who gave you this name?*

A. My God-fathers and God-mothers.

Q. *Why they, rather then your own Parents?*

A. Because this name, like the new birth, is not fleshly but spiritual; therefore I receive a name from God, and not from man. A new birth, new Parents, and a new name, because I am adopted into a new familie. Hence is it, that with us they are named *God-fathers*, Fathers from God, or in Gods stead.

Q. *Do they give you a name onely?*

A. No, they undertake to the Church in my behalf, these *three things. First, that I should forsake the* Devil *and all his works, the Pomps and Vanities of this wicked World, and all the sinful Lusts of the flesh. Secondly, that I should believe all the Articles of the Christian Faith.* And *Thirdly, that I should keep Gods holy will and Commandments, and walk in the same all the dayes of my life.*

Q. *Why do they promise this for you, and not you for your self?*

A. I make this promise by them. First, Because at that time I am not able to make it by my self. Secondly, Because we are Baptized in our infancy, since Baptism is of such necessity, partly by reason of our natural corruption, and partly by reason of our Saviours institution, that * *unless we be born again of Water and of the Holy Ghost, we cannot enter into the Kingdom of God.* At that time therefore we undertake this by others, but confess now,

Q. Quo-

Q. Quomodo hoc constat?

R. Per Baptistam & servatorem nostrum. * Baptista in circumcisione dictus est *Johannes*: * S. Luc. 1.59,63. & † Servator noster *Jesus*. † S.Luc. 2.21.

Q. Qui nomen hoc tibi indiderunt?

R. Susceptores.

Q. Cur hi potiùs, quam parentes?

R. Quia nomen hoc, tanquam regeneratio nostra, non est de carne sed de spiritu; ideo a Deo nomen accepi, non ab homine. Nova generatio, novi parentes, novum nomen: quoniam in novam familiam adoptatus sum. Hinc apud nos dicuntur Patrimi, quasi patres a Deo vel Dei loco positi.

Q. An nomen solum tibi indunt?

R. Non, sed Ecclesiæ tria pro me spondent. 1. Quòd renuntiarem Satanæ & omnibus illius operibus, inani pompæ & gloriæ hujus seculi, & omnibus carnis concupiscentiis. 2. Ut crederem omnibus Articulis fidei Catholicæ. Et 3. ut obedienter Dei mandata observarem, & in iis permanerem usque ad vitæ terminum.

Q. Quid hæc illi pro te promittunt, non autem tute-ipse pro temetipso?

Per hos vadimonium præsto, primùm, quia non potis sum pro memetipso respondere. 2. Quia adhuc pueri baptizamur propter Baptismi necessitatem, partim propter nativam labem, partim propter Sacramenti per Servatorem nostrum institutionem, * Nisi iterum geniti simus ex aquâ & Spiritu Sancto, non possumus intrare regnum Dei. Tunc autem per alios ea suscipimus, quæ jam ore * Joh.3. 3,5.

that

that we are bound to perform them in o
own Persons.

Q. *You are resolved then, I hope,* to believe and to do, as they have promised for you.

A. *Yes verily, and by Gods help so I will. And I beseech God to give me his grace, that I may continue* constant *in this* resolution and practice *unto my lives end.*

Q. *You have promised to* believe all the Articles of the Christian Faith: *which are they?*

A. *I believe in God the Father Almighty, Maker of Heaven and Earth,* &c.

Q. *Are all Christians bound to believe all this?*

A. Yes, for *this is the Catholick Faith, which except a man believe faithfully, he cannot be saved.*

Q. *Why call you it* Catholick?

A. Catholick signifies *universal*; this is therefore called the *Catholick Faith*, because all Christians *universally* are bound to believe it. Besides it contains all things, which are of necessity to be believed unto salvation.

Q. *How ancient is this* Creed?

A. As ancient as the Apostles times; ancienter then some, if not then all the writings of the *Apostles*. For *Calvin* acknowledgeth, that the *Apostles Creed* was in use, before the *Epistle to the Hebrews* was written.

Q. *Was it composed by the Apostles?*

A. It seems so; for we learn from Antiquity, that the Apostles being by our Saviours command to *go and teach all Nations, and yet, not to depart from Jerusalem*, till according to his promise they were furnished with abilities for so great an imployment:

confi-

confitemur nos in propriis personis ad persolvendum tenendos esse.

Q. Videris ut spero fixus ad credenda & facienda ea omnia quæ tuo nomine spospondêrunt.

R. Imo certè, & Deo adjuvante perficiam, Deumq; oro ut mihi largiatur gratiam suam ut perennem in hâc firmitate usq; ad vitæ terminum.

Q. Promisisti te crediturum omnibus fidei articulis; qui sunt?

R. Credo in *Deum* Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ, *&c.*

Q. Num quilibet Christianus tenetur omnibus his credere?

R. Ita, † Nam hæc est fides Catholica, quam nisi qui q; fideliter credat salvus esse non poterit. † *Athanas. Symbolum.*

Q. Cur vocatur Catholica?

R. Catholicum denotat universale quiddam: Vocatur ideo fides Catholica, quia omnes Christiani tenentur ad hanc fidem agnoscendam: Porro, hoc symbolum continet in se omne ad salutem necessarium.

Q. Quamdiu est, ex quo hæc fides agnita est?

R. Usq; ab Apostolorum temporibus. Quibusdam, si non omnibus Apostolorum scriptis antiquior. *a* Calvinus agnoscit symbolum Apostolicum in usu fuisse, antequam Epistola ad Hebræos conscripta est. *a Calvin in* Heb. 6. 1.

Q. Num ab Apostolis compositum est?

R. Ita videtur: quippe a veteribus accepimus *b* quod Apostoli cum ex Salvatoris jussu abituri erant in omnes gentes ad prædicandum Evangelium, nec *c* discessuri erant ab Hierosolymis donec secundum illius promissum replerentur donis ad opus hoc obeundum, *b Matt.* 28. 19. *c Act.* 1. 4, 8.

before

before they parted to undergo this great task, they agreed upon this *Creed*, which was to be *the rule of Faith*, according to which they were to frame their discourses; and contrary to which no man might teach, or believe.

Q. What benefit received Converts by embracing this Creed?

A. By this they were fitted for Baptism, by this they found ingress into the Church: and by confession and belief of this Creed many were saved, before any part of the New Testament was brought unto them.

Q. Was this written, think you, before the New Testament?

A. Not written, but delivered; not suffer'd to be written for three hundred years at least, after our Saviours Ascension: hence it is usually called by the Ancients, *that tradition of the Church*, and by *S. Paul*, *that* FORM *of doctrine which was* DELIVERED *you*.

Q. How are we to understand this Creed?

A. In the same sense it is delivered; that is, in the Literal, Grammatical, and usual sense of the words, wherein I am taught: He that hath comanded me to believe, hath also taught me what to believe.

Q. May we not take some part of this Creed *in a figurative sense?*

A. No. As I am taught, so I believe. As it was provided for the good of all, so is it made for the understanding of all. Had it been composed of dark and figurative words or phrases, the learned only could have understood it: indeed it would rather have raised controversies, then setled ones unalterable faith.

ſufficientibus, *a* antequam diſceſſuri erant ab invicem ad munus ſuum peragendum, hoc Symbolum compoſuêrunt, quod fidei *b* regula futura eſſet, cui omnis doctrina conformis eſſe debuit, & adverſus quam nemo diſputare aut docere audeat.

Q. Quid expedit neophytis fidem hanc amplexari?

R. Per hanc ad Baptiſmum diſpoſiti erant, per hanc *c* ingreſſum in Eccleſiam invenerunt, & per *d* agnitionem & confeſsionem hujus fidei multi ſervati ſunt, antequam pars ulla Novi Teſtamenti ad illorum manus pervenit.

Q. Nunquid arbitraris hoc Symbolum Scriptum fuiſſe ante Novum Teſtamentum?

R. Non ſcriptum, ſed traditum, e neq; permiſſum eſt per annos trecentos ad minimum poſt aſcenſum Servatoris noſtri literis mandari. Hinc a veteribus dictum eſt *f* illa Eccleſiæ traditio, et & a Divo Paulo *g* ea doctrinæ forma, quæ vobis tradita eſt.

Q. Quo ſenſu hoc Symbolum accipi debet?

R. Eodem ſenſu, quo traditum eſt, *viz.* literali, Grammatico, & uſuali verborum ſenſu, quo edoctus ſum quod qui me credere voluit, etiam docuit, quid crederem.

Q. An non aliquota pars hujus Symboli ſenſu metaphorico intelligenda eſt?

R. Nullo modo: prout doctus ſum, ita credo. Ut in bonum publicum, ita in omnium capacitatem compoſitum eſt. Si enim compoſitum fuiſſet ex obſcuris & metaphoricis verbis aut dictionibus; docti ſolmmodo intelexiſſent: Imò potius lites creâſſet, quam fidem immutabilem ſtabiliviſſet.

a *Diſceſſuri ab invicem, normā prius futuræ prædicationis inſtituunt.* Ruffin. *in* Sym. n. 10.

b *Han credentibus dandā eſſe regulā ſtatuunt.* Ib.

c *Symbolū Apoſtolicū, primus quaſi ingreſſus erat in Eccleſiam iis, qui Chriſto nomen dabant.* Calvin *in* Heb. 6. 1.

d *Iren.* l. 3. c. 4.

e *Ruffin in Sym. n. 18. Chryſ. Ser.* 57. 60. 61. *Jer. Epiſt.* 69. *Aug. de Sym.* l. 1. c. 1.

f *Iren.* l. 3. c. 4.

Q. You

Q. You say right.

A. Besides, the Apostles had failed of one main intent, for which it was provided. Framed it was for this purpose, that it might be *the token of their unanimity and faith*: and that thereby it might evidently be seen, who preached *Christ truly according to the Apostles rules*, and who not. It had been also contrary to the Apostles open profession, who affirm, that they *came not with excellency of speech, or of wisdom*, but that they *spake after the manner* and custom of *men*.

Q. You take then the words of this Creed *in the literal and plain sense.*

A. I do so; for we are not taught at first *as spiritual, but as carnal men, as babes in Christ*; because *we are not able to bear strong meat, we must be fed with milk*. And I have learned, that *in Scripture where a literal construction will stand, the furthest from the letter is commonly the worst.*

Q. That then we may fully discern, whether it may be taken in the usual and ordinary sense, let us take it asunder, and weigh the particular words in the several Articles. How many Articles are there in this Creed?

A Twelve.

Q. Which is the first?

A. I believe in God the Father Almighty Maker of heaven and earth.

Q. How understand you these words?

A. Accordingly as I utter them; that *God the Father* is the God of all might and power: and that *he made*, or created *Heaven, and Earth and the Sea, and all things that are therein*; all these of nothing.

Q. Recte

Q. Rectè reſponſum.

R. Porrò, Apoſtoli fruſtrati eſſent hoc fine, quem in compoſitione præcipuè ſibi propoſuiſſent. Nimirum in hunc finem compoſitum erat, ut *a* unanimitatis et fidei indicium fieret, & ut *b* manifeſtum fieret quis Chriſtum verè ſecundum regulas Apoſtolicas prædicaret, & quis aliter. Etiam contrarium fuiſſet publicæ Apoſtolorum *c* doctrinæ profitentium ſe non in eminentiâ orationis, aut ſapientiæ veniſſe, *d* ſed more hominum uſitato *e* loquutos fuiſſe.

a *Iſtud unanimitatis & fidei ſuæ indicium Apoſtoli poſuere,* Ruffin. in Sym. n. 13.

b *Per quod agnoſcereetur is, qui Chriſtum verè ſecundum Apoſtolicas regulas prædicaret.* Ib. n. 11.

c 1 Cor. 2. 1.

d Rom. 6. 19.

e 1 Cor. 3. 1.

Q. Intelligis itaque verba hujus Symboli ſecundum literam, in ſenſu genuino?

R. Sic intelligo: *e* non enim inſtructi ſumus ut homines ſpirituales, ſed carnales, tanquam infantes in Chriſto; quoniam † cibo ſolidiori ali non poſſumus, lacte veſcendum eſt. Didici etiam quoad Scripturam, *f* quod ubi literalis ſenſus admitti poſsit, ea quæ longiſsimè a literâ abeſt, ut plurimùm longiſsimè abeſt a veritate.

† Ib. v. 2.

f *Hooker. Eccl. Pol. l.* 5. Sect. 59.

Q. Quò plenè igitur dijudicemus, an accipiendum ſit ſenſu vulgari ac notiſsimo, illud ſeorſim conſideremus, ſingula verba in ſingulis Articulis penſitando. Quot ſunt Articuli in hoc Symbolo contenti?

R. Duodecim.

Q. Primum repete?

R. Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cæli & terræ.

Q. Quid hæc verba ſibi velint?

R. Idem quod dudum pronunciatus ſum, *viz.* Deum Patrem eſſe Deum Omnipotentem & fortem: & quod ex nihilo creavit Cœlum & Terram, & omnia quæ in illis ſunt.

Q. Which is the ſecond Article?

A. And in Jeſus Chriſt his only Son our Lord.

Q. Is he alſo God?

A. The *Son* of the ſame ſubſtance and nature with *the Father; God of God; very God of very God; Coeternal to the Father, and coequal:* and *our Lord* with the Father.

Q. Is he alſo Almighty?

A. Without queſtion he is: for *by him were all things created, that are in Heaven, and that are in Earth, viſible and inviſible;* and *by him all things conſiſt.*

Q. The third Article.

A. Who was conceived by the holy Ghoſt, born of the Virgin Mary.

Q. What is the meaning of this Article?

A. For the continual remembrance of the ſacrifice of the death of Chriſt, and the benefits which we receive thereby.

Q. What is the outward part, or ſign of the Lords ſupper?

A. Bread and Wine, which the Lord hath command to be received.

Q. This the matter, which the form?

A. The Lord Jeſus in the ſame night that he was betrayed, &c.

Q. What is the inward part or thing ſignified?

A. The body and blood of Chriſt, which are verily and indeed taken, and received of the faithful in the Lords Supper.

Q. What body?

A. That body which was born of the Virgin Mary, and ſuffered upon the Croſs.

Q. Do we receive it after a corporeal manner?

A. No, but after a *ſpiritual manner.*

R. Imò

R. Imò per ſuſceptores ſuos hæc promiſſa ſolvunt, qui ſpondent hæc ac vovent eorum nominibus, quæ, cum ad ætatem maturiorem deventum eſt, ipſi tenentur ad perſolvenda.

Q. Num hoc rationi conſentaneum eſt?

R. Ita. Neq; amplius ſpondent, quam tutores pro pupillis. Cum hæredes adhuc ſunt infantes, cuſtodes pro illis ſpondent id quod pro ſemetipſis hæredes tenentur ad præſtandum, cum ad ætatem virilem pervenerint. Præterea per alios tam verbo quam facto peccavimus. Rationi igitur conſentaneum videtur ut *t* peccatis noſtris mundificemur per aliorum verba aut facta.

t Mat. 26. 1 Cor. 11. 23. &c.

Q. Quare Sacramentum Euchariſtiæ inſtitutum eſt?

R. In perpetuam memoriam oblationis Chriſti in cruce morientis, & beneficiorum quæ exinde conſequuturi ſumus.

Q. Quæ pars externa, aut ſignum viſibile in Cænâ Dominicâ?

R. Panis & Vinum; quæ duo Dominus juſſit ut accipperemus.

Q. Hæc materia eſt: quæ forma?

R. Dominus Jeſus eadem quâ tradebatur nocte, &c.

Q. Quænam eſt pars interna aut res ſignificata?

R. Corpus & Chriſti ſanguis, *u* quæ verè & realiter à fidelibus in Euchariſtiâ accipiuntur & recipiuntur.

u Concludo realiter hoc eſt, verè nobis in cæna dari Chriſti corpus, ut ſit animis noſtris in cibum ſalutarem. Calv. in 1 Cor. 11. 24.

Q. Quale corpus?

R. * Corpus idem quod accepit à Mariâ Virgine.

** Chriſtus nobis offert corpus ipſum in quo paſſus eſt & reſurrexit. Calv. ib.*

Q. An modo corporeo accipimus.

R. Non: Sed modo ſpirituali.

That

That we receive it we believe, but *the manner we know not*, we enquire not after; no more then we enquire after the manner, how Christs humanity was knit to his Deity.

Q. Is the bread transubstantiated into the body of Christ?

A. It is not. Bread it is before consecration; bread at the time of Consecration, and bread after Consecration: but it is the body and blood of Christ only after Consecration,

Q. After what manner do we receive the Body of Christ in this Sacrament?

By faith: as the food is Spiritual so is the manner Spiritual.

Q. What are the benefits whereof we are partakers thereby?

A. *The strengthening and refreshing of our Souls, by the body and blood of Christ, as our bodies are by the Bread and wine.* We are sensible of the one, let us believe the other. For as verily as as our faint and hungry bodies are strengthened, and refreshed, and comforted with bread and wine; so verily is every penitent and faithful Soul strengthned and refreshed, and comforted with the body and blood of *Christ*.

Q. What is required of them which come to the Lords Supper?

A. To examine themselves, whether they repent them truly of their former sins, stedfastly purposing to lead a new life: to have lively faith in Gods mercy through Christ with a thankful remembrance of his death, and be in charity with all men.

Q. This for the inward preparation; what for the outward reverence?

Rem

lem novimus, modum neſcimus, nec de eo quærimus; nihilo magis quam quærimus modum unionis humanitatis Chriſti cum divinitate.

Q. Num panis tranſubſtantiatur in Chriſti corpus?

R. Non eſt. Ante x conſecrationem panis eſt, in y conſecratione panis eſt, & z poſt conſecrationem panis manet. Et tamen poſt conſecrationem a corpus & Chriſti ſanguis eſt.

x 1 Cor. 11.28.
y ib.v.24.
z Ib.v.26.
a Ib.v.24. 25. 29.

Q. Quo modo Chriſti corpus in Sacramento accipimus?

R. Prout cibus Spiritualis eſt: ita modus accipiendi ſpiritualis eſt.

Q. Quæ ſunt beneficia in nos collata per hoc Sacramentum?

R. b Animarum paſtus & ſaginatio per corpus & Chriſti ſanguinem, prout corporibus noſtris accidit à pane & vino. Hoc ſenſu videmus, illud fide credimus. Quoniam tam verè quam corpora noſtra fatiſcentia ac eſurientia roborantur, recreantur ac ſolatium accipiunt à pane & vino: Sic quælibet anima pœnitens, ac fidelis roboratur, recreatur & ſolamen accipit à corpore & Chriſti ſanguine?

b *Intelligo ſubſtantia corporis paſci animas noſtras, uti vere unum efficiamur cum eo. Calvin. in* 1 Cor. 11. 24.

Q. Quid ab illis requiritur qui ad cœnam Domini ſunt acceſſuri?

R. Ut ſeipſos explorent, num ex animo dolerent de peccatis præteritis, in animo habentes pro futuro vitam in melius inſtituere: num fiduciam haberent ſolidam in Dei miſericordiâ cum gratâ mortis ſuæ memoriâ, ac omnes corde ſuo diligerent.

Q. Hæc requiruntur ad extra; quid autem requiritur ad intra?

A. All outward and inward reverence is little enough, when we come to receive the price of Heaven and Earth. By ſome therefore it is called a *dreadful myſtery*; becauſe he that rightly conſiders of it, will not approach to this Table without dread and trembling.

Q. Why ſo?

A. Becauſe there we receive this holy Sacrament either to our ſalvation, or damnation. *If unworthily, we eat and drink damnation to our ſelves*, Whereas *if we would judge our ſelves*, we could not but ſee our own unworthineſs; and then we would certainly endeavour to humble our ſelves, as we ought, both before and at our approach. Thus if we do, *we ſhall not be judged* unworthy *of the Lord*; but receive it to the comfort and ſalvation of our ſouls.

Q. Is not inward reverence ſufficient?

A. He that hath commanded us at all times to *glorifie God in our bodies, and in our ſpirits*, will have us more eſpecially at this time to *glorifie* him in both. Where both may be had; he will have both. The Church our Mother conceives *kneeling*, not only decent, but neceſſary at this time, ſhe therefore hath made this Injunction, that *The Miniſter ſhall deliver the Communion in both kinds to the* PEOPLE KNEELING. The people therefore are to *kneel*.

Q. Is this agreeable to the uſage of the ancient Church?

A. It is ſo, for S. *Auſtin* tells us, that inh is *time no man received, but firſt he kneeled*. And *Chemnitius* a learned Proteſtant ſpeaking of due reverence to be uſed at this time, profeſſeth,

R. Omnis

R. Omnis externa ac interna reverentia nimio minùs multò parum est, quando accepturi sumus pretium redemptionis cœli & terræ, A nonnullis igitur vocatur tremendum mysterium; quia qui seriò pensitat, non accedat ad mensam hanc nisi cum timore at tremore.

Q. *Quid* ita?

R. *Quia* participes sumus hujus Sacramenti aut ad salutem nostram aut condemnationem. *c* Si indignè, edimus & bibimus nobismetipsis damnationem, *Quum d* si nos ipsos dijudicaremus, fieri non possit, quin indignitatem nostram perciperimus, & tum certò certiùs conaremur nos ipsos humillare ante & in accessione ad mensam: quod si facimus, non pro indignis habebimur à Domino, sed accepturi sumus hoc Sacramentum ad gaudium & consolationem animarum nostrarum.

c 1 Cor. 11.29.

d Ib.v.31.

Q. An non reverentia interna sufficiens est?

R. Ille qui nobis mandatum dedit, ut *e* glorificemus Deum in corpore nostro & spiritu nostro, hoc tempore præcipuè à nobis in utroque glorificari voluit. Ubi utrunq; habere possunt, utrunq; habere vult. Ecclesia Mater genuflexum non solum congruum, sed etiam hoc tempore necessarium judicat. Ideo Ministro præcepit ut Eucharistiam populo tradat in manus sub utraq; specie genubus flexis. Populum itaq; genuflectere decet.

e 1 Cor. 6 20.

f *Rubrica immediatè ante Eucharistiæ traditionem.*

g *Nemo illam carnem manducat nisi prius adoraverit.* Aug. in Ps. 98.

Q. Num hoc videtur consentaneum moribus Ecclesiæ primitivæ?

R. Ita videtur. *g* Sanctus enim Augustinus nobis narrat, quod cum ille vixerit, nemo de hâc re nâ participaverat nisi adorando. Et *h* Chemnitius inter Protestantes Vir doctus de re-

h *Chemnit. exam. Concil. Trident. p. 2. c. 5.*

that

that we ought to kneel; adding that *external irreverence* in this action *is the token of a prophane minde.*

Q. Some abſtain for fear of Idolatry.

A. I ſee not how there can be any ſuch danger. We worſhip not bread, but the God of Heaven: neither worſhip we God by the Bread; but by or with that bleſſed Bread and Wine we receive the body and blood of Chriſt, which *preſerves us body and ſoul to eternal life.* And can any man be too good to receive ſuch a bleſſing upon his knees?

Beſides, we acknowledge that *Chriſt* is preſent at this his ſupper, after a more ſpecial and peculiar manner then at other times. If this we believe truely and ſincerely, it cannot, it may not be, but *faith will reverence and adore our Saviour* preſent in this action.

Q. *Is there then no danger in* kneeling?

A. Certainly none. The *danger* is *in not kneeling*; for I have learned of *Chemnitius*, that there is *no true faith* in that communicant *where adoration is wanting.* And Saint *Ambroſe*, and Saint *Auſtin* are reſolute, that *it is ſo far from being a ſin to kneel* at receiving this Sacrament, that it is a ſin *not to kneel.*

Q. *We have done with the ordinary courſe of Cathechizing, and yet there remain two points of S.* Pauls Catechiſm, namely, 1. Repentance from dead works, *and* 2. Impoſition, *or* laying on of hands. *That we may orderly proceed in theſe, tell me firſt, what theſe* dead works are.

A. *Dead works* are ſuch, as by the *Catechiſts* of thoſe time were done, before they

verentiâ

verentiâ quæ tunc temporis debita est, tractans, asserit nos debere genuflectere, superaddens, quod gestus indecorus in hac actione significat animum planè prophanum.

Q. Quidam abstinent metu idololatriæ.

R. Non intelligo hoc periculum adesse. Non enim panem adoramus, sed Deum; neq; illum adoramus in pane: sed per aut in pane aut vino consecratis corpus accipimus & sanguinem Christi: quibus *i* corpus & anima nostra conservantur in vitam æternam. Nunquis autem tam dignus est ut tam grande beneficium accipiat sine flexis genubus? Porrò agnoscimus Christi præsentiam in hâc cænâ, magis peculiari modo quam aliàs. *k* Si hæc verè & ex animo credimus, fieri nec potest nec debet, quin fides Christum in illa actione præsentem veneretur & adoret.

i Verba ante traditionē Eucharist. Populo.

k Chemnit: ibid.

Q. Nullum ne periculum in genu-flectendo?

R. Nullum sane. Periculum est a parte negativâ. Didici naq; è Chemnitio, quod *l* fides non vera fuisset in Communicaturo, si non secuta fuisset invocatio ceu adoratio. *m* Sanctus etiam *Ambrosius* & Sanctus *Augustinus* affirmarunt hoc tam longe a peccato abesse, ut reluentes peccati reos esse judicarunt.

l Chem. ib.

m Ambros. & August. in Ps. 98.

Q. Ad calcem jam pervenimus hujus formulæ usitatæ in Catechizando: Restant tamen adhuc duæ doctrinæ tractandæ *n* è Catechismo Sancti *Pauli* viz. Resipiscentia ab operibus mortuis, & manuum impositio. Ut de his ordine dicamus, primum dic mihi quæ sunt opera mortua?

n Heb. 6. 1.

Hic respexit ad usitatam Catechismi formulam. Calv. in Hebr. 6. 1.

R. Opera ea mortua dicebantur, quæ à Catechumenis facta sunt, antequam in Christo

believed

believed in *Christ*, which being done without faith, and the least relation to Gods glory tended to death. Since *without faith it is impossible to please God*; and without pleasing God no life. These works then are to be repented of by the elder sort, before they repair to *Baptism*.

Q. What is Repentance?

A. It is an hearty sorrow for our sins past accompanied with a change of mind from evil to good, with a resolution by Gods grace to continue in good courses. If thus we *repent, the Kingdom of heaven is at hand.*

Q. What mean you by Imposition of *hands?*

A. It is a sign, or Ceremony, by which and Prayer God conveys his holy Spirit upon those that heretofore were baptized.

Q. Have not persons baptized the Holy Ghost before Confirmation?

A. *Yes*, but not in that measure, nor for the same end.

Q. In what measure, and for what end is the holy Ghost bestowed upon us in Baptism?

A. To wash and cleanse us from sin, from all sin that is in us; that so we may be clean, and pure as *Adam* was, when he came first out of Gods fingers; and that we may be the members of *Christ*.

Q. Why is he given us in Confirmation?

A. That *we may receive strength and defence against all temptations to sin, and against the assaults of the world and the* Devil. *At* Baptism we promised, not to follow any of these, crede-

credebant. Quæ quia ſine fide facta ſunt, aut reſpectu ad Dei gloriam, mortem merebantur. Fieri enim not poteſt *o* abſq; fide ut quis Deo ſit gratus. Et qui Deo gratus non eſt, non meretur vitam. * Hæc itaq; opera à ſenioribus pœnitenda erant, antequam baptiſmum ſuſcepturi erant.

o Heb. 11. 6.

* *Auguſt. de fide & operib. c.* 20.

Q. Quid eſt pœnitentia?

R. Eſt animi contriſtatio propter peccata præterita, cum mentis alteratione à malo ad melius ſtipata, & animo conſtanti, Dei gratiâ auxiliante, ad perſeverandum in bonis operibus. Si ſic *p* reſipiſcamus, nobis appropinquavit regnum Dei.

p Mat. 4. 17.

Q. Quid vis per manuum impoſitionem?

R. Signum eſt aut ceremonia, per quam & ſupplicationem Deus nobis immittit Spiritum Sanctum cordibus illorum, qui baptiſmum acceperunt.

Q. An non baptizati Spiritum Sanctum acceperunt ante Confirmationem?

R. Imò. Sed non in eâdem menſurâ, nec ad eundem finem.

Q. Quâ in menſurâ aut quem ad finem Spiritus Sanctus nobis donatur, in baptiſmo?

R. Ad nos abluendos & purgandos ab inquinamentis, ab omnibus in nobis inquinamentis, ut ita tam puri ac immaculati reddamur quam ipſe Adamus, quum nuperrime è manibus Dei fictus evaſit. Et ut Chriſti membra facti ſimus.

Q. Quare donatur Spiritus Sanctus in Confirmatione?

q Rubricâ ante Confirmationem.

R. Ut *q* vires accipiamus & defenſionem contra omnes peccati inſultus, mundi & Diaboli. In baptiſmo polliciti ſumus, quod hos

nor to be led by them: and in *Confirmation* God ſtrengthens us by his Spirit, that we may make good this promiſe.

Q. Is it not enough to receive the Holy Ghoſt once?

A. No; for *God gives his Spirit, and his graces according to meaſure*; ſome at one time, and ſome at another; ſome by one means, and ſome by another: as it is to be ſeen in Baptiſm, Confirmation, The Lords Supper, and Orders.

Q. Did the Apoſtles receive the holy Ghoſt more then once?

A. It is evident they did. That the *Apoſtles* were *baptized*, no man, I hope, queſtions. And that they received the Holy Ghoſt in *Orders* and *Confirmation*, is manifeſt in Scripture. In *Orders*, S. *John* 20. 22, 23. In *Confirmation*, *Act.* 2. 4. And at each time they received a ſeveral meaſure, or grace of the Holy Ghoſt, and for a ſeveral end.

Q. Did the Apoſtles make uſe of this Rite or Ceremony.

A. They did; as is to be ſeen, *Act.* 8. and *Act.* 19. In the one place S. *Peter* and S. *John*, *laid their hands on the Baptized Samaritans, and they received the Holy Ghoſt.* In the other, S. *Paul laid his hands upon the* baptized *Epheſians, and the holy Ghoſt came on them.* This then is done by our *Biſhops, after the example of the Holy Apoſtles*: And is the ſame with that, *Heb.* 6. 2.

Q. Is this Rite neceſſarily to be continued in the Church of Chriſt?

ductores

ductores nec ſequi, nec ab illis abduci nos pateremur. In confirmatione Deus nos corroborat per Spiritum, ut quod promiſimus, perſolvere poſſimus.

Q. Ergo non ſufficit ſemel accepiſſe Spiritum Sanctum?

R. Non. *r* Deus enim Spiritum ſuum dat, & illius dona ſecundum menſuram: quædam hoc, quædam alio tempore, quædam hoc modo, quædam alio. Ut videre eſt in baptiſmo, confirmatione, cænâ Dominicâ & ſacris Ordinibus.

r Joh.3.34. Eph.4.7. 1 Cor.12. 11.

Q. Num Apoſtoli Spiritum Sanctum accepêre plus quàm ſemel?

R. Manifeſtum eſt. Quod baptizati ſunt, nemo credo inficias ibit: Et quod Spiritum Sanctum acceperunt in ordinatione & Confirmatione æquè clarum è Scripturis, in ordinatione, *John* 20.20,23. in Confirmatione *Act.* 2.4. Totieſq; accepêrunt menſuram, aut donum diverſum Spiritus Sancti & in finem alium.

s Act.8. 17. *t* Act.19. 6.

Q. Num hic ritus aut ceremonia ab Apoſtolis uſurpabatur?

R. Factum eſt; ut conſtat ex Actor. 8. & *s* Act. 19. In loco prius citato *t* Sanctus *Petrus* & Sanctus *Johannes* manus impoſuêrunt Samaritanis baptizatis & Spiritum Sanctum acceperunt. In altero *t* Sanctus *Paulus* manus impoſuit Epheſis baptizatis, & Spiritus Sanctus cecidit ſuper eos. Hoc idem factum eſt *u* ab Epiſcopis noſtris ad Apoſtolorum exemplum. Et * idem eſt cum illo ad Hebr. 6.2.

u In Orat. in confirmatione * Hic unius locus abundè teſtatur hujus Ceremoniæ originem fluxiſſe ab Apoſtolis. Calvin in Heb.6.2.

Q. Num ritus ille neceſſario continuandus in Eccleſiâ Chriſti?

A. Not of neceſſity to ſalvation, but of neceſſity for the obtaining of certain gifts of the Spirit, which cannot ordinarily be acquired but by this means.

Q. *Why is not more care taken, that it be continued?*

A. Our Church hath taken order, that *Children, ſo ſoon as they can ſay the Articles of the Faith, the Lords Prayer, and the ten Commandments, and be further inſtructed in the Catechiſm ſet forth for that purpoſe, be brought to the Biſhop to be confirmed of him, and the Biſhop ſhall confirm them.*

Beſides, it is ordered, that none *SHALL be admitted to the Holy Communion, untill ſuch time as he be confirmed.* Our Church conceives it to be neceſſary, at leaſt by way of *preparation*, for all ſuch as repair to the Lord Table.

Q. *Who are the Miniſters of this bleſſing?*

A. *Biſhops*, and only *Biſhops*. The reaſon is, becauſe the Apoſtles only did it in their time; and *Biſhops* are the only ſucceſſours of the *Apoſtles*.

Q. *Was it not an extraordinary act?*

A. No; but ſuch a bleſſing as is to be retained in the Church of God for the good of his people; that ſo we may increaſe in his holy Spirit more and more, untill we come to his everlaſting Kingdom, AMEN.

We write not theſe things from any Authority *of* commanding, *but for the exerciſe of* profiting. *Aug. Cont. Fauſt. l.* 11. 5.

R. Non

R. Non neceſsitate ſalutis, ſed neceſſitate convenienter impetrandi dona quædam Spiritus, *x* quæ niſi hoc modo, ordinariè impetrari nequeant. *x* Act. 19. 26.

Q. Quare non cautum eſt religioſiùs, ne uſus illius intermittatur?

R. Ab Eccleſiâ cautum eſt, *y* quòd quam primum pueri maternâ linguâ memoriter teneant articulos fidei, orationem Dominicam & præcepta Decalogi, poteruntq reſpondere ad alias quæſtiones Catechiſmi illorum gratiâ editi, ut ad Epiſcopum ad confirmandum ducentur & *z* Epiſcopus illos confirmabit. Porro ſancitur, *a* ut nemo ad Sacroſanctam communionem admittatur, donec confirmatus ſit. Eccleſiæ videtur neceſſarium, per modum præparationis ad minimum, antequam accedant ad menſam Domini. *y* *Rubrica in Baptiſmo publ. & poſt cate-chiſmum.* *z* Ib. *a* *Rubrica poſt con. firmationem nem.*

Q. Qui ſunt hujus doni diſpenſatores?

R. Epiſcopi, & ſolum Epiſcopi. Quia Apoſtoli ſuis temporibus ſoli adminiſtrarunt illud. Epiſcopi autem Apoſtolorum ſucceſſores.

Q. An non actus erat extraordinarius?

R. Non. Sed beneficium tale, quale in perpetuum continuari debet in Eccleſiâ Dei in populi ſui gratiam; ut magis, magiſq; incrementum accipiamus per Spiritum illius Sanctum, donec perveniamus in regnum ſuum ſempiternum. Amen.

Hæc non præcipiendi authoritate, ſed proficiendi exercitatione ſcribuntur à nobis. *Aug. contra Fauſt. l.* 11. *c.* 5.

We cannot be ſecured from this preſent evil world, unleſs, providing our ſelves for the ſalvation *of our* Neighbours, *we* profeſs *with our* mouthes *that faith which we* bear about *with us in our* heart: *which* faith *we ought with a pious and wary* vigilancy *to take* care *for, that it be no way* tainted *in us by the* cunning wiles *and* craft *of* Hereticks. Aug. de fide & Symbolo. c. 1.

A præ-

A præſenti ſæculo maligno ſalvi fieri non poſſumus, niſi & nos ad ſalutem proximorum nitentes, etiam ore profiteamur fidem, quam corde geſtimus: quæ fides ne fraudulentis calliditatibus hæreticorum poſſit in nobis aliquâ ex parte violari, piâ cautâq; vigilantiâ providendum eſt. *Aug. de fide & Symbolo c.* 1.

Morning Prayer.

BLeſſed art thou O Lord God, who turneſt the ſhadow of death into the morning, and reneweſt the face of the Earth, who haſt lightned mine eyes that I ſleep not in death, and haſt delivered me from the errours of the night, for I laid me down, and ſlept, and roſe up again, and thou Lord madeſt me to dwell in ſafety. O Lord out as a night-miſt mine iniquities, ſcater my ſins as a morning cloud, grant that I may become a child of the light and of the day, that I may walk ſoberly, chaſtely, and honeſtly, in the day, vouchſafe to keep me this day without ſin, moreover deliver me from the perils and dangers of this day; ſufficient to the day is the evil of it: teach me to do the thing that pleaſeth thee. Turn away mine eyes leſt they behold vanity; ſet a watch before my mouth; let me do nothing ſhall make my heart ake, or be a ſcandal to me; but let my doings be ſuch as thou mayeſt remember me for good, and ſpare me according to thy mercy. Into thy hands I commend my ſpirit, ſoul and body, for thou haſt created, redeemed, and regenerated them, O Lord thou God of truth.

Our Father, &c.

O Lord our Heavenly Father, Almighty and everlaſting God, which haſt ſafely brought us to the beginning of this day, defend us in the ſame by thy mighty power, and grant that this day we fall into no ſin, neither run into any kinde of danger, but that all our doings may be ordered by thy governance to do alwayes that which is righteous in thy ſight, through Jeſus Chriſt our Lord, Amen.

PRevent us O Lord, in all our doings with thy moſt gracious favour, and further us with thy continual help, that in all our works begun, continued and ended in thee, we may glorifie thy holy name, and finally by thy mercy obtain everlaſting peace and ſafety, through our Lord Jeſus Chriſt, Amen.

Preces

Preces Matutinæ.

TU Domine Deus noſter benedictus, qui lucem pro mortis umbrâ reddidiſti, & faciem terræ renovâſti, qui oculos meos illuminaſti, ne inter mortuos dormirem, & liberaſti me à noctis terroribus; quoniam in pace procubui, dormivi, iterumque vigilavi: tu enim Domine feciſti ut ſecurè habitem; Iniquitates meas tanquam caliginem nocturnam diſpelle Domine, ac peccata mea tanquam nubem matutinam: Da ut filius ſim lucis & diei; ut ſobriè, caſtè, decorè ambulem in die. Dignare hodiè me ſervare, ne ad ullum declinem peccatum, & ab hujus diei periculis & infortuniis liberare. Sufficit diei ſua vexatio. Doce me, fic voluntatem tuam faciam; averte oculos meos, ne vanitatem videant; os meum cuſtodi, ne permitte mihi quicquam agere, quod mihi ſit cordolio aut dedecori; facta mea ſint talia, ut recorderis mei in bonum, & mihi propitius eſto propter miſericordiam tuam. In manus tuas ſpiritum meum, animam & corpus commendo: Tu enim me creâſti, redemiſti, & regeneraſti. Tu Domine Deus veritatis.

Pater noſter, &c.

O Domine Pater cæleſtis, omnipotens, æterne Deus, qui nos ad principium hujus diei pervenire feciſti, tuâ nos hodiè ſerva virtute, ut in hâc die ad nullum declinemus peccatum, nec ullum incurramus periculum; ſed ſemper ad juſtitiam tuam faciendam omnis noſtra actio tuo moderamine dirigatur. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

ACtiones noſtras quæſumus, Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut in omnibus noſtris actionibus incæptis, continuatis & in te finitis, ſacroſanctum nomen tuum glorificemus, & tandem tuâ benignitate gaudiis perfruamur æternis. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Almighty

ALmighty Lord and everlasting God, vouchsafe we beseech thee to direct, sanctifie and govern both our hearts and bodies in the wayes of thy Laws, and in the works of thy Commandments, that through thy most mighty protection, both here and ever, we may be preserved in body and soul, through our Lord and Saviour Jesus Christ. Amen.

LOrd Jesu, I give thee my body, my soul, my substance, my fame, my friends, my liberty and my life: dispose of me and all that is mine as it seemeth best to thee and the glory of thy blessed name, Amen.

THe Lords name be praised from the rising up of the Sun to the going down thereof.

Evening Prayer.

THe Lord hath granted his loving kindness in the day time, and in the night season will I sing of him, and make my prayer to the God of my life. Blessed be thou, O Lord our God, who hast delivered me from the evil of this day, who hast not cut me off as justly I have deserved, who hast given me occasion of praysing thee. Lord I have sinned against thee this day, sinned grievously, wonderfully, and horribly, O Lord, but turn thy face from my sins and put out all my misdeeds; though my misdeeds prevail against me, be merciful to my sins for thy sons sake, and enter not into judgement with thy servant, for in thy sight shall no flesh living be justified, but for the time to come teach me to do the thing that pleaseth thee, and guid me in the way that I should walk; I am a stranger upon the earth, O hide not thy Commandments from me. Give me comfortable repose and sleep this night, and thereby fit me for the works and services of the following day. I will lay me down in peace and take my rest, for it is thou, Lord, only that makest me dwell in safety. Have mercy upon me O Lord now and

Dirigere

DIrigere, & ſanctificare & regere dignare Domine Sancte Pater, omnipotens, æterne Deus corda & corpora noſtra in tua lege & Operibus mandatorum tuorum, ut hic & in æternum, te auxiliante, ſemper ſani corpore, animo ſalvi ſimus, per Jeſum Chriſtum Dominum & Salvatorem noſtrum. *Amen.*

DOmine Jeſu tibi offero corpus meum, animam meam, res meas, nomen meum, amicos meos, libertatem meam ac vitam. Age mecum, meiſq; prout tibi viſum fuerit, & pro ſacroſancti nominis tui gloria. Nomen Domini ſit benedictum ab exortu ſolis uſq; ad occaſum ejus.

Preces Veſpertinæ.

DOminus benignitatem ſuam exercuit per diem; in nocte itaque ei cantabo, & ſupplex orabo Deo vitæ meæ. Benedictus ſis Domine Deus noſter, qui me liberaſti ab hujus diei periculis, nec exſcidiſti animam meam, prout optimo jure meritus ſum; qui mihi occaſionem laudandi benignitatem hodie dediſti. In te Domine hodie peccavi, peccavi graviter, prodigioſè, nefarie, Domine, ut averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. *Peccata mea contra me invaluerunt, miſerere mei propter Filium tuum, & ne intres in judicium cum ſervo tuo; quia omnis caro non juſtificabitur in conſpectu tuo: At pro futuro indica mihi beneplacitum tuum, & me ducas in via recta.* Advena ſum in terris, ne abſconde ſtatuta à conſpectu meo. Da mihi hac nocte requiem & ſomnum placidum quò ad opera & labores ſequentis diei aptior fierem. In pace Domine procumbam & dormiam, quoniam tu Domine ſolus es qui facis me ſecùre habitare. Miſerere mei Domine nunc

at the hour of death. Preſerve me O Lord while I am waking, and defend me when I am ſleeping, that my ſoul may continualy watch for thee, and both body and ſoul may reſt in thy peace for ever and ever, Amen.

Our Father &c.

O Lord our Heavenly Father, Almighty and everliving God, by whoſe providence both the day and the night are governed, vouchſafe, we beſeech thee, as thou haſt this day preſerved us by thy goodneſs, ſo ſtill this night to ſhadow us under the bleſſed wing of thy moſt mighty protection, and to cover us with thy Heavenly mercy, that neither the Prince of darkneſs may have any power over us, nor the works of darkneſs overwhelm us, but that we being armed with thy defence may be preſerved from all adverſities which may hurt the body, and from all wicked thoughts which may aſſault and defile the ſoul, through Jeſus Chriſt our Lord, Amen.

WE humbly beſeech thee, O Father, mercifully to look upon our infirmities, and for the glory of thy name ſake turn from us all thoſe evils that we moſt righteouſly have deſerved, and grant that in all our troubles we may put our whole truſt and confidence in thy mercy, and evermore ſerve thee in holineſs and pureneſs of living, to thy hanour and glory, through our only Mediator and Advocate, Jeſus Chriſt our Lord, Amen.

O Lord we beſeech thee mercifully hear our prayers, and ſpare all thoſe which confeſs their ſins unto thee, that they whoſe conſciences by ſin are accuſed, by thy merciful pardon may be abſolved, through Jeſus Chriſt our Lord Amen.

&

& in hora mortis: ſerva me Domine vigilantem, & tueare me dormientem, ut anima mea ſemper te expectet, & corpus & anima maneant in tua pace per ſecula ſeculorum. *Amen.*

Pater noſter, &c.

DOmine, Pater Cæleſtis, omnipotens & æterne Deus, cujus providentia dies, nocteſq; reguntur, Dignare, te quæſumus, prout per hunc diem ex ſpeciali bonitate nos preſervaſti; ita hâc nocte ut nos abſcondas ſub umbris alarum tuarum, & nos protegas cœleſti tuâ miſericordia: ſic ut nec tenebrarum Rex nobis nocere queat, nec tenebrarum opera nobis dominentur; ſed in tuâ protectione confidentes ab omni adverſatione, quæ corpori nocere poteſt, ſervemur, ac ab omnibus malis cogitationibus que animam inſidientur aut inquinent. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Amen.*

INfirmitates noſtras humiliter quæſumus Domine, benignè reſpice, & propter gloriam nominis tui mala omnia, quæ juſtè pro peccatis noſtris meremur, à nobis clementer averte, & præſta ut in cunctis adverſitaribus omnem noſtram fiduciam collocemus in miſericordia tua, & tibi ſemper in puritate vitæ ſerviamus, ad gloriam tui nominis, per unicum Mediatorem noſtrum & Advocatum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Amen.*

O Domine miſericorditer ut preces noſtras audias te rogamus, & parce omnibus illis, qui tibi peccata ſua confiteantur, ut illi quorum conſcientiæ de peccato accuſantur, per clementem tuam condonationem abſolvantur, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Amen.*

Lighten

LIghten our darkneſs we beſeech thée O Lord and by thy great mercy defend us from all perils and dangers of this night for the love of thy only Son our Saviour Jeſus Chriſt, Amen.

GOD the Father bleſs me, God the Son defend me, God the Holy Ghoſt preſerve me now and ever, Amen.

A Prayer for the King.

ALmighty and everlaſting God, Creator and Lord of all things, give ear we beſeech thee unto our humble prayers, and multiply thy bleſsings upon thy ſervant our Sovereign King Charles, *whom in all lowly devotion we commend unto thy high Majeſty: That he being ſtrengthened with the Faith of* Abraham, *endued with the mildeneſs of Moſes, armed with the magnanimity of* Joſhua, *exalted with the humility of* David, *beautified with the wiſdom of* Solomon *and repleniſhed with the goodneſs of them all, may walk uprightly before thee in the way of righteouſneſs, and like a mighty King may be powerful over his enemies, governing his people with equity, and preſerving the Church with truth and peace, through Jeſus Chriſt our Lord,* Amen.

A Prayer for the Queen.

ALmighty God the Fountain of all mercy, we humbly beſeech thee to pour down the riches of thine abundant goodneſs upon the head of thine hand-maid, our moſt gracious Queen Catherine, *that ſhe being continually beautified with the Royal ornaments of thy heavenly grace, may be Holy and devout as* Heſter, *loving to the King as* Rachel, *fruitful as* Leah, *wiſe as* Rebecca, *faithful and obedient as* Sarah: *and with long life and glory, continuing in her high and Princely eſtate here, ſhe may at laſt be brought to the great happineſs of thine everlaſting eſtate hereafter, through Jeſus Chriſt our Lord,* Amen.

Illumi-

ILlumina quæsumus, Domine Deus tenebras nostras, & totius noctis insidias tua nobis repelle propitius misericordia, per dominum nostrum Jesum Christum. *Amen.*

DEus Pater mihi benedicat, Deus Filius me protegat, Deus Spiritus sanctus me preservet nunc & in secula. *Amen.*

Oratio pro Rege.

OMnipotens & æterne Deus, Creator & gubernator omnium, exaudi nos supplices tuos, & accumula multiplices tuas benedictiones in servum tuum, Dominum nostrum Regem *Carolum*, pro quo humiliter divinæ tuæ Majestati supplices sumus. Da illi *Abrahami* fiduciam, *Moysis* lenitatem, *Josuæ* magnanimitatem, *Davidis* humilitatem, *Solomonis* sapientiam, imò quicquid in illis bonum aut laudabile, quò perfectè ambulet coram te in viis justitiæ, & tanquam Rex potentissimus hostibus dominetur, Populum suum regendo æquitate, & præservando Ecclesiam in veritate & pace, per Jesum Christum, *Amen.*

Oratio pro Reginâ.

OMnipotens Deus, fons omnis misericordiæ, humiliter petimus, ut accongeras luculentissimas bonitatis tuæ divitias supra caput famulæ tuæ, Reginæ nostræ clementissimæ *Catherinæ*; quod induta semper vestimentis Regiis tuæ gratiæ divinæ, pia sit ac religiosa ut *Esther*, Regis amans ut *Rachel*, prolifica ut *Leah*, prudens ut *Rebecca*, fidelis & obsequiosa ut *Sara*, & ut diu fæliciterq; vivat ad perfruendum eminentibus ac regiis suis dignitatibus in hoc seculo, & denuo perveniat ad summam fælicitatem Regni tui Sempiterni, per Jesum Christum Dominum nostrum. *Amen.*

A Pray-

A Prayer for Parents.

ALmighty God, Father of our Lord Jesus Christ, of whom the whole family in heaven and in earth is named: I give thee most humble thanks for that thou didst of thy divine providence vouchsafe to let me be born of Christian Parents, by whose care I was first brought unto the holy Baptism, and afterwards brought up unto thy holy Religion. I beseech thee, O Blessed God, who art the rewarder of every good work to recompense them their full reward: Even out of the riches of thy bounty and goodness give them peace and plenty, defend them from all dangers both of body and soul: keep them in the stedfastness of the faith and in the obedience of thy holy Commandments; that so having thee their merciful and gentle Father after many happy dayes here in this life, they may at last be brought to life everlasting through Jesus Christ, Amen.

Grace before Meat.

BLess, O Lord, unto us the use of these thy creatures, make us to receive them soberly and thankfully, and serve thee alwayes through Jesus Christ, Amen.

Grace after Meat.

GLory be to thee O Lord, who hast filled our hearts with food and Gladness, fill us with the holy Ghost that we may be plentiful in good works, through Jesus Christ our Lord. Amen.

God save the Church, our King, Queen, and Realms, and send us Faith and Peace in Jesus Christ, Amen.

Grace before Meat.

GOod Lord pardon and forgive us all our sins which make us unworthy of all thy mercies. Bless these thy

Oratio

Oratio pro Parentibus.

OMnipotens Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, à quo tota cœli ac terræ familia denominatur, maximas tibi gratias habeo, quod mihi permiſſus es à parentibus Chriſtianis naſci, quorum diligenti operâ primitùs perductus ſum ad ſacrum Baptiſmum, ac dein eruditus in Sancto tui cultu. Rogo te Deus ſanctiſſime, qui compenſator clueas omnis boni operis, ut pro hoc his plene ſatisfacias, etiam è bonitatis tuæ theſauro ac amoris: da illis pacem ac rerum omnium copiam: hos preſerva ab omni periculo tam corporis quam animæ; ſerva illos in firmitate fidei & obedientia tuis mandatis ſacroſanctis, ut ita experti te Patrem miſericordem & mitem, poſt annos multos ac fauſtos in hâc vitâ tandem perveniant ad vitam æternam. *Amen.*

Oratio ante Cibum.

BEnedic nobis Domine, & cibis quos accepturi ſumus: fac ut eos ſobrio ac grato animo accipiamus, & tibi ſemper ſerviamus per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. *Amen.*

Gratiarum Actio.

GRatias agimus tibi Domine, quoniam nos impleviſti cibo & lætitiâ; reple nos ſpiritu tuo ſancto, ut abundantes ſimus in bonis operibus, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Amen.*

Deus ſervet Eccleſiam, Regem, Reginam, Regnum, & det nobis fidem & pacem in Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Oratio ante cibum alia.

COndona Domine benigniſsime, & ignoſce omnibus peccatis noſtris, quæ nos indignos reddunt tuis miſe-

creatures to the use of our bodies, our Bodies to the use of our souls, and blesse both our bodies and souls to thy service for Christ his sake. Amen.

Grace after Meat:

THou, O God, which hast created us by thy power, preserved us by the providence, redeemed us by thy blood, and at this time fed us with thy good creatures, be blessed and praised now and for evermore. Amen. *God save the Church, our King, and Realms, and send us Faith and peace in Jesus Christ.* Amen.

For Devotions at the Sacrament, and other occasions, read [*The Whole Duty of Man.*]

ricordiis

ricordiis; redde hos cibos corporibus noſtris utiles, & corpora noſtra animabus noſtris utilia, & utrumq; ſanctifica in uſum tuum, propter Jeſum Chriſtum. *Amen.*

Gratiarum Actio.

NOmen tuum Domine, qui nos creâſti per potentiam, præſervaſti per providentiam, redemiſti per ſanguinem, & hoc tempore nos ſaginaſti tuis obſoniis, benedictum ſit & laudatum nunc & in ſecula ſeculorum. *Amen.*

Si quis deſideret alias piorum officiorum formulas, perlegat librum cui titulus, *Totum hominis Officium.*

FINIS.

There is lately Printed with Additions, *Priſcianus Naſcens*, or a Key to the Grammar School, Preſenting a familiar *Praxis* on all the Rules of the common *Accidence*, with a plain Introduction into the Rules of *Syntax*, As an aſſiſtant to *Lillies* Grammar, &c. And are to be ſold by *Timothy Garthwait* at the Sign of the Kings-head in *St. Pauls* Chuch-yard.

LONDON:
Printed by *R. N.* and ſold by *Timothy Garthwait* at the Kings-head in S. *Pauls* Church-yard, 1662.